



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 91. Controversia Academiæ Lovaniensis cum Capitulo Thorensi circa primas preces.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

habuit Josephum Dominicum Comitem de Lamberg. In Italia decessere Franciscus Bonaventura Poci Archiepiscopus Salernitanus, Dominicus Calegarius Siciensis Episcopus, & Durazius Savonenfis Episcopus anno ætatis suæ septuagesimo nono, & Romæ Sicilius Faventinus Theodosiensis Archiepiscopus annos natus octoginta quatuor. In Polonia Tarlo Episcopus Posnaniensis die decima nona Novembris, & Melitæ Zondadarinus Magnus Equitum Melit Magister, cui successit Antonius Manuel Filius Comitis de Villa Flora Lusitanus.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1722.

§. XCI.

*Controversia Academicæ Lovaniensis cum Capitulo Thorensi circa primas preces.*

Jam anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo die vigesima Novembris Leo X. Hadrianus VI. & Clemens VII. &c. Romani Pontifices ad Imperatores Maximiliani I. & Caroli V. preces, Decano Facultatis Artium studii Generalis Lovaniensis concessit, jus conferendi Beneficia, quæ quotannis Mense Novembri, atque alternis annis Mense etiam Januario in Urbe, Patria, & Diæcesi Lovaniensi & Leodiensi vacaverint, adeo ut ab hoc Decano

*Responsum  
Juris Espen.  
duppl. p. 103.*

Ff 2

cano



**Sæc. XVIII.** cano nominati semper præferrentur  
**A. C. 1722.** tiam habentibus *Primarias*, ut vocantur  
*Preces Regales & Imperiales*. Quamvis hoc privilegium tam Imperatorum confirmatione, quam constanti Academiae usu fuisset stabilitum, nihilominus tamen dum anno priori in Ecclesia Thorense Canonicatus & Præbenda Mensis Novembri vacaret, præfatum Capitulum Thorense Leodiensis Diœcesis non egit, ut Academicum a Decano nominatum Canonicatu & Præbenda spoliaret, & Jacobum Delree Primariis precibus munitum intruderet. Hæc controversia ad Romanum Tribunal devolvitur, erigitur ad examinandum Academiae privilegium Congregatio, cujus judicio nominati a Lovaniensi Decano *Precibus Imperialibus* præferrentur censentur.

## §. XCII.

*Scriptores Ecclesiastici hoc anno mortui, eorum opera.*

*Holb. Hist. Eccl. t. 4. pag. 386. Journal des Sçavans 1722. Bibl. Franc. t. 1.*

**Paucos ex Scriptoribus Ecclesiasticis** hoc anno denatis adjungere laboriorum quorum lucubrationes posteris relictæ eorum memoriam commendarunt. In his primus occurrit Josephus Lambertus Sorbonæ Doctor, inde vero ob obstinaciam, qua Pontificiæ Constitutioni